

lem doctriam; Secundo ponit duplicem distinctionem 3 prima ibi, unde credimus 3 secunda ibi, Rursum 3 tertio solvit secundam quæstionem de consultatione deciam, Jo. Andr.

De Statu Monachorum, & Canonicorum Regularium.

Cap. Monachi.

S V M M A R I V M.

- Regularibus utriusque sexus an liceat habere annuos redditus nomine Conventus, ac de suorum Superiorum licentia, & ad eorum nutum, & n. seqq. usq. in fin.
1 Proprium est duplex generis.
Recus, seu administrationis bonorum stabilium tres sunt species, & que illarum sit prohibita a Concilio Tridentino, secundum opinionem Navarri, ibidem.
3 Regulari, cui conceditur a Superiore administratio alicuius ville cum onere solvendi certam portionem monasterio, an possit de residuo disponere in suos usus sine proprietate vitio, & num. 49. & seqq.
4 Administratio bonorum stabilium an possit per Generalem Ordinis concedi alicui regulari ad vitam, & an liceat eadem Generali, vel successori illam revocare, & num. 20. & 25.
5 Canonicorum regularium, vel Monachorum Hispanie status, quibus solvuntur annue portiones, quas vocant privilegias, an sit improbatum a iure, vel a Concilio Trid. & num. 62.
6 Fratres commendatarij Sancti Spiritus in Saxonia an possint disponere ultra victum, & vestitum de fructibus suarum Commendarum.
7 Opiniones nominellorum Theologorum circa peculium regularium referuntur, & num. seq.
Constat autem in terminis iuris communis a num. 13. usque ad 44. & in terminis Concilij Tridentini a num. 44. usque in finem.
8 Regulari etiam non officiali potest habere peculium non superfluum, seu annuos redditus ad suos honestos usus de Superiorum licentia, & dependenter ab eorum voluntate.
Contrarium a num. 44. usque in finem.
9 Peculium regulari concessum, vel simpliciter, vel cum facultate administrandi habere, prout ei videbitur, & placere, an intelligatur in usus laicos, & ad arbitrium boni viri, & num. 26.
10 Regularibus de iure communi non permittitur habere peculium, seu annuos redditus, vel bonorum stabilium administrationem.
11 Pena in regulares proprietaries a iure communi statuta que sit.
12 Papa an possit cum Monacho super proprietate, vel libera peculij administratione dispensare.
13 Aut facere de Monacho non Monachum.
14 Consuetudo etiam immemorabilis non excusat Monachum a transgressione voti paupertatis,
15 Necessitas nisi sit extrema non excusat a vitio proprietatis regularis, qui aliquid celat Superiori, aut detinet eo invito.
16 Regularem posse habere peculij administrationem in usus licitos de licentia Abbatis, quibus fundamentum probetur de iure communi, usque ad num. 44.
17 Monachus, & servus quoad acquisitionem bonorum aequiparantur.
Monachus conventibus oculis Superioris potest habere quasi proprium, sicut servus, ibidem, & num. 21.
Contrarium num. 22.
18 Monachus non dicitur proprietarius, qui nihil celat Abbati, & est paratus totum dimittere ad illius nutum.
Contrarium, num. 47.
19 Monachus Ecclesie Catholice licet accipere a monasterio annuam provisionem scutorum quinquaginta.
Contrarium, num. 62.
21 Legatum sacrum Monacho, ut nihil quaeratur monasterio, an valeat & num. 24. & 47.
22 Argumentum de servo ad Monachum non procedit uti contrarium reperitur in iure expressum.
23 Servitus Monachali distinctio est quam secularis.
27 Regularis datus executor ad distributionem, non dicitur habere bonorum administrationem.
28 Intellectus cap. Insuperante, Qui cler. vel voven. & num. 31.
29 Monachus an ex taciturnitate, & patientia Abbatis possit habere peculij administrationem, & num. seqq.
30 Monachus an possit facere elemosinam de rebus monasterij ex permissione Abbatis, & num. 32.
31 Regularis sicut est in capax proprietatis, ita & usus fructus, vel usus iuris, & num. 42.
32 Constitutio, vel consuetudo monasterij, secundum quam datur certum quid annuum Monacho pro vestitu, an valeat, & num. seq. & num. 62.
34 Statutum ut pro indumento Moniales habeant lucrum manuum suarum validum est.
Contrarium, num. 62. & seq.
35 Regulares Cappellani Papa recipient de servitij portione ut alij, sed festari non possunt.
36 Intellectus cap. Cum ad monasterium, s. tales, de Statu Monach.
37 Dicitur, nec. negat. & copulat præcedentia cum suis qualitatibus.
38 Obedientia, idest Prioratus, vel administratio Ecclesie.
39 Intellectus huius cap. & num. 42.
40 Administratio peculij non potest per Abbatem concedi simpliciter Monacho, sed officiali temporali dimittatur, & num. 42.
41 Regulari habeat beneficium ad nutum amovibile in titulum, non repugnat voto paupertatis, nec Concilio Tridentino.
Administratores cum libera potestate dispensandi de fructibus dicitur habere usufructum, num. 42. vers. Ratio divortiat.
43 Officialis dicitur administrator in utilitatem monasterij, nec potest de fructibus disponere.
44 Concilium Tridentinum quid statuerit circa regularium proprietatem, num. seq. usque ad 67.
45 Regularibus prohibetur a Concilio Tridentino non solum proprietates, & possessio quorumcumque bonorum,

- strationem, aut commendam, etiam depositi, aut custodia nomine.
74 Superiores regulares non possunt habere administrationem temporalium bonorum monasterij, & Conventus incorporantur.
Administratio temporalium bonorum monasterij a Clemente VIII. tribus officialibus demandatur idest exaltor, depositario, & dispensatori, ibidem.
75 Regularis non excusatur ab observantia de rectorum Clementis VIII. hoc prætextu quod usum receperat non fuerit.
76 Regularibus non licet interpretari decretum cap. 20. sess. 25. de regul.

- strationem, aut commendam, etiam depositi, aut custodia nomine.
74 Superiores regulares non possunt habere administrationem temporalium bonorum monasterij, & Conventus incorporantur.
Administratio temporalium bonorum monasterij a Clemente VIII. tribus officialibus demandatur idest exaltor, depositario, & dispensatori, ibidem.
75 Regularis non excusatur ab observantia de rectorum Clementis VIII. hoc prætextu quod usum receperat non fuerit.
76 Regularibus non licet interpretari decretum cap. 20. sess. 25. de regul.

MONACHI. Hæc Constitutio communiter non summat, quia continet plura dicta, que brevius in compendium redigi non possunt, ut per gl. Jo. Andr. & Ant. de Butr. & tamen comprehendendo substantiam secundum Abb. sic potest sumari. Monachi non debent poni singuli per Parochias. Hoc primo. Si pro Monachatu aliquid detur, receptus a sacris Ordinibus prohibetur, & recipiens ab officio suspenditur. Hoc secundo. Monachus habens peculium sine licentia Abb. ab altaris communione removetur, & sic decedens sepultura, & Fratrum comunione privatur. Hoc tertio. Si pecunia conferatur pro habendo aliquod officium in monasterio, datus, & recipiens deponitur. Hoc quarto. In Prioratibus Conventualibus per electionem illud non sunt removendi sine causa rationabili: & de causa rationabili tria ponit exempla, & hoc dicit usque ad finem. Atque ita quinque sunt dicta, secundum ibi, Si quis. Tertium ibi, Qui vero. Quartum ibi, Prioratus. Quintum ibi, Priores, Joan. Andr. & Butr. dividunt in tres partes, ut per eos.

Nota primo Monachos non debere solos per villas, & oppida habitare, & signa litterarum contra solitarios, de quo plura hic per Jo. Andr. m. 3. Secundo nota Monachum non debere constitui sine socio sui Ordinis in Ecclesia Parochiali. Quod intelligit Abb. n. 3. quando Ecclesia Parochialis est monasterio subiecta, ita ut Monachus propterea non desinat esse obedientialis monasterij, sed si religiosus promovatur, tamquam quilibet Clericus secularis ad Ecclesiam Parochialem. Tunc enim cum desinat esse Monachus monasterij, nec ullam habeat amplius communionem cum illo, in c. Ne pro cuiuslibet. 16. q. 1. non tenetur Abbatem dare locum. Allegat gl. a. tab. in Clem. Ne in agro, s. Abbat. in ver. Ad claustrum, huc tr. Hodie in hoc sit verum, & an Regulares præfieri possint Parochialibus Ecclesijs, dicam plene in c. Reg. Dei timorem, infr. eod. Tertio nota, pecuniam assumptam ad Monachatum per simoniam, quia irregularis efficitur. Unde colligunt Jo. Andr. num. 5. & Cardin. in s. Si quis, num. 1. post Petr. de Sampson. & Abb. Antiq. irregularitatem quo ad ordinem contrahi pro simonia commissa, etiam in simplici beneficio. Quod intelligit Butr. n. 4. de irregularitate lata. Quarto nota, permittendum non esse ut Monachus habeat peculium, nisi pro injuncta sibi administratione, de hoc latissime in questione sequenti, & prætextum, num. 39. & 42. Cõttingit saepe ut in aliquibus monasterijs ita vi.



rorum, quam mulierum novitii in actu renunciationis honorum ad favorem monasterii, vel in actu professionis reservent sibi annuos redditus, seu annuam provisionem pro suis religiosis necessitatibus; & in aliis monasteriis ite accidit frequenter ut census anni, seu bona stabilia relinquuntur Monasterio etiam titulo institutionis a parentibus, vel consanguineis alicuius regularis, eo tenore adjecto ut imperitiores concedere debeant eidem regulari administrationem dictorum census, seu honorum stabilium, ita ut idem possit convertere illorum redditus in suos honestos usus. In alijs vero servatur ut regulares pecunias ex predicatione, seu lectione, aut aliunde quasitas tribuant monasterio ad hoc ut ex ea emanent census perpetui, quorum redditus quotannis assignari debeant eidem Regulari pro suis necessitatibus. In alijs denique usu receptum est ut ex redditibus Conventus unicuique ex fratribus vel sororibus assignetur singulis annis certa portio sive in pecunia, sive in alijs speciebus ad hoc ut ex ea parat sibi necessaria ad vitam, nec monasterium eis aliquid ultra preestare, nec ipsi accepti ratione reddere teneantur. Ex facto questum est, an in his, & similibus casibus liceat regularibus utriusque sexus habere predictos annuos redditus, seu provisiones annuas, vel bonorum stabilium administrationem, seu pecuniam non superfluum nomine Conventus, ac de suorum Superiorum licentia, & dependenter ab eorum voluntate, ac nutu, adeo ut sint immunes a culpa, & poena, de qua in c. 2. sess. 25. de Regul. Concil. Trid.

2. Quoad ad extirpandam Regularium proprietatem provide sancitum est decreto d. c. 2. sess. 25. de regul. in sensum tam varios, & a mente sanctae Synodi alienos detorserunt scriptores moderni, ut ferè ad nihilum redactum videatur.

Siquidem primus fortè omnium Navarr. in Comment. c. Non dicitis, 12. q. 1. num. 47. ut evitet dispositionem d. cap. 2. praemittit proprium esse duplex generis: alterum quoad verum dominium, & proprietatem, quale habent homines saeculares: alterum quoad liberam administrationem, qualem habent beneficiarii, quod alio modo dicitur peculium in Rubr. de pecul. cleric. Deinde permittit proprium secundi generis in tres species subdistingui. Primae speciei proprium est quod datur ad administrandum in utilitatem, & damnum concedentis tantum, qualem est quod conceditur officialibus monasterij, & obedientiarijs. Proprium secundae speciei est quod datur in utilitatem & damnum accipientis cum facultate disponendi de eo in suos honestos, & pios usus tantum, Proprium tertiae speciei est quod datur in commodum, vel damnum accipientis cum facultate disponendi pro libito in quoscunque usus etiam profanos. Quibus praemisisset decretum d. c. in princ. dum disponit, ut nemini Regularium liceat bona immobilia tamquam propria possidere, Navarr. dicit esse intelligendum de proprio tantum primi generis, & in effectum esse gl. d. c. Non dicitis, quatenus habet proprium nemini Regularium esse permittendum, & c. Cum ad monasterium, in princ. inf. eod. quatenus prohibet ne quis Monachorum proprium aliquo modo possideat, Unde sicut predicti Canonis intelliguntur à Doctoribus de proprio primi generis: ita & Concilium esse intelligendum, quod venit ad illorum declaracionem. Dum vero Concilium in princ. d. r. a. subjungit, ut nemini Regularium liceat predicta bona possidere etiam nomine Conventus; Navarr. putat id esse intelligendum de proprio secundi generis tertij speciei, & etiam secundae videlicet sine justa causa concessio. Movetur quia Concilium Lateranense in hoc c. Dum statuitur Monachi peculium non permittantur habere, intelligitur de peculio, quod habet Monachus, vel cum libera disponendi facultate vel cum facultate disponendi in suos honestos usus sine justa causa concessio, & sic de peculio secundi generis tertij speciei; & ideo eodem modo esse intelligendum decretum Conc. Trid. ne videatur contradicere Conc. Lateranensi, cum expediat iura iuribus concordare. Ita Navarr. qui tamen decipitur tam circa intellectum Concilij Lateranensis, quam Trid. ut inferius demonstrabitur n. 39. & 44. Rursus Concilium Tridentinum ubi supra dum secundo loco subiicit: [Nec deinceps liceat Superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere etiam ad usum fructuum, vel usum, administrationem, aut commendam:] Putat Navarr. nil novi iuris incurrere, sed solum continere declarationem principij d. c. Cum ad monasterium, §. Tales, atque ita non prohiberi ea parte decreti nisi illam administrationem, quae conceditur Regulari cum facultate liberè disponendi, quod est peculium tertij speciei; vel administrationem cum facultate disponendi in suos usus sine justa causa concessio, quod est peculium secundae speciei.

Eundem intellectum dat Navarr. ad verba quae tertio loco subsequuntur in d. cap. 2. sess. 25. de regul. ibi: (Administrationem autem bonorum monasteriorum, sive conventuum ad solos officiales eorumdem ad nutum superiorum amovibiles pertinet:) Existimant enim Navarrus, & male, hoc loco, & proximè precedenti Concilium non prohibere administrationem illam, quae conceditur Regularibus non Officialibus esse iuste causa cum facultate disponendi in suos honestos, & pios usus; sed tantum prohiberi administrationem peculij tertij speciei, & secundae quando conceditur sine justa causa. Nec in his aliud fundamentum adducit, quam quod Concilium ita sit interpretandum, ut iuri communi non deroget, sed potius consentiat cum illius dispositione. Sed in hoc quoque fallitur tam quoad intellectum juris communis, quam decreti Concilij, ut similiter patebit inferius eod. n. 39. & 44. Ex his censet Navarr. & male in Comment. d. c. Non dicitis, 12. q. 1. n. 41. Si Regulari tradatur peculium non ad illud administrandum in solam utilitatem monasterij, sed quasi locatum, ut cum alicui Regulari tradatur aliqua villa, vel domus cum suis bonis administranda ea lege, ut certam portionem solvat monasterio; tunc posse eum soluta pensione disponere de residuo, sicut posset Praelatus sine ullo proprietatis vitio non obstante decreto Concilij in d. c. 2. ut postea concludit n. 47. proximè citato, num. 50. Quinimo consilij 17. incipien. Generalis, de stat. Monach. consultat, & pessimè Generalem Ord. S. Augustini de consensu Prioris, & Conventus S. Augustini potuisse licet concedere Ecclesiam illi unitam cum quodam orto, & alijs ad eam pertinentibus euidam Fratri sui Ordinis vitam eius, ca lege, ut solvoret certos census annuos

annuos à monasterio debitos, bona melioraret, & celebraret quasdam Missas, &c. nec licere eidem Generali, aut successori dictam administrationem sine justa causa revocare absque peccato etiam mortali. Quibus etiam fundamentis in cap. Nullam, n. 25. 18. q. 2. latissime defendit non esse à jure, aut à Concilio Tridentino improbatum statum Canonico Regularium, quorum Ordinem & ipe professus fuerat, vel Monachorum Hispaniae, quibus certa portio panis, vini, & reliquorum necessariorum pro victu, & certa quantitas pecuniae pro vestitu distribuitur alicui per portionculas quotidianas, alicui per portionem mensuras, vel annuas, ita ut nihil ultra teneantur eis Ecclesiae, & monasteria ob ullam necessitatem suppeditare, nec ipsi esse converso teneantur eis residuum reddere, dummodo illud in suos honestos, vel pios usus convertant.

6. Amplius idem Navarr. conf. 13. Questum est, de stat. Monachor. Similiter pluribus tunc Fratres Commendatarios S. Spiritus in Saxia posse disponere ultra victum, & vestitum de fructibus suarum Commendarum, nec teneri quod superest restituere praepositi Hospitalis, & n. 25. Subdit in tota Ecclesia Christiana id servare omnes Religiosos habentes beneficium regularia sive in titulo, sive in commendam, & le vidisse ita practitari in Canonice Regularibus Hispaniae, & Galliae, & in Commendis, & Prioratibus Ordinis S. Joannis Hierosolym. de Spata Alcantara, & Calatrava; licet hoc loco loquatur in terminis juris communis, nec meminerit Concilij Tridentini.

7. Porro quamvis supradictam Navarr. sententiam, & intellectum ad Concilium Tridentinum jam reproboverit Sacra Congregatio Cardinalium ejusdem Concilij interpretum; tamen illam secuti sunt postea plerique ex Receptoribus existimantes Concilium non oblatere cum simplex regularis possit habere peculium, seu annuos redditus ad suos honestos usus de Superiorum licentia, & dependenter ab eorum voluntate; sed tantum prohibere pecunia superflua, & non licita, & independentia voluntate Superiorum; & adiacentes idiplum antea itatum fuisse à jure communi in hoc cap. & in cap. Cum ad monasterium, infra eod. inter quos recensentur praecipue Jacob de Grassis in suis decis. part. 1. lib. 3. cap. 5. n. 53. Fulv. Pacian. conf. 36. n. 99. tom. 1. Jo. à Cruce de stat. relig. lib. 1. c. 3. dub. 2. Sanchez in Summ. tom. 2. lib. 7. cap. 22. n. 11. Cenedo de paupert. relig. dub. 9. num. 4. & Rodriq. de Regul. quest. 126. art. 4. vers. Neque bis obsat, & infra ad finem ibi: Neque est intentio Concilij novas obligationes addere antiquis, Augustin. Barbof. hic num. 3. & alii quos novissime conquesti studiofus laxiorum opinionum selector Antoninus Diana resol. moral. tract. 6. de paupert. relig. resol. 32. ubi amplius confidenter adijcit in peculio religiosorum spectanda esse personarum qualitatem, & alias circumstantias, de ut aliquando non sint condemnandi multi religiosi amplissimos redditus possidentes, ut quia Praelatus, vel Magister Ordinis, aut quia regula sit relaxata, & paupertas eo modo intellecta ex consuetudine, aut quia religiosus habens peculium applicat aliquam illius partem in utilitatem monasterij; aut demum quia religiosus ille multa comparavit monasterio; & quae omnia ferè ad litteram idem author transulit ex Sanchez, in summ. tom. 2. lib. 7. c. 22. n. 18.

Addit idem Sanchez d. cap. 22. num. 111. hanc sententiam, id est regularem posse retinere peculium de consensu Superioris, etiam in terminis Concilij, non solum esse veriores, sed etiam in omnibus virorum, & monialium conventibus usu receptam. Et Emanuel Rodrig. de Regul. 126. art. 4. vers. Neque bis obsat Concil. Tridentin. Si contrarium, inquit, daremus, esset condemnare ad peccatum mortale omnes Moniales. Et idem juris esse si administratio peculij concessa sit simpliciter, & indeterminatè, quia intelligitur in usus licitos, censet Navarr. de restit. lib. 3. part. 3. cap. 1. in nova edit. dub. 1. num. 166. & seqq. coroll. 3. & Sanchez in Summ. d. cap. 22. num. 120. Quinimo idem esse si peculium concessum fuerit Monacho cum facultate administrandi liberè, & prout sibi videbitur, & placebit, quia haec verba restinguntur ad arbitrium boni viri, censet idem Sanchez, in Summ. c. 17. vers. Atque hoc modo credo, & iustam etiam permittendi, ut Regularis habeat administrationem annui redditus esse si ex illius persona monasterio pauperi ingens commodum inferatur, affirmat Sanchez in dicto cap. 22. num. 18. vers. Aut multa bona, & num. 24. ubi ait: Sicut, aut foemina ditissima in aliquo monasterio egente non aliter proteriter velint quam reservato sibi peculio: quippe id licebit, ut suis divitiis egestati illius monasterij subveniant, Quin etiam Pacian. addit d. conf. 36. num. 93. & 95. in tantum licere Monacho ex permissione Abbatis habere peculium, ut si eodem peculio fuerit per Abbatem spoliatus possit restitutionem petere: quod & Navarr. sentit d. conf. 14. num. 5. de stat. Monach.

Haec, atque alia plura reperiuntur apud recentiores, quae cum videantur evertere Tridentinae Synodi dispositionem de religiosa paupertate, & facile possunt adducere tam Superiores regulares, quam subditos in periculum salutis: pro veritate dispiciendum est primo, quid circa peculium religiosorum sanxerit jus commune; secundo an aliquid, & quid addiderit Concil. Tridentinum.

10. Quoad primam inspectionem de jure communi pro regula constituitur, ut nemini Regularium liceat habere peculium, seu annuos redditus, vel bonorum stabilium administrationem, quia haec includunt proprium respectu domini, quod opponitur essentialiter voto paupertatis, cap. Nolo, cap. Non dicitis, 12. q. 2. cap. Quanto, de off. Ordin. cap. Abbates, 18. quest. 2. quod est desumptum ex Concilio primo Aurelianensi cap. 2. ubi, [Quod si quis peculiare aliquid habere praesumpserit, &c.] c. Ioannes, ibi: Nec eorum aliquem peculiare quiddam habere, de reg. & in hoc text. ibi: Nec peculium permittantur habere, Idem distinctius, & ut inquit Sylv. in ver. Religio, 6. n. 7. Praecepto terribili prohibet Innocent. III. in cap. Cum ad monasterium, infra eod. ubi etiam addit poenam proprietarij, ut scilicet subterretur extra monasterium in litem quatinus in lignum perditionis, nempè quia deest in peccato mortali, ut ibi explicat Bar. Et quoad hanc poenam concordat text. hic. Alia poena habetur in cap. De lapsis, 16. q. 17. & in cap. Si quis, 16. quest. 1. Eodem respiciunt tam iura, quae dicunt Monachos testari non posse, ut in d. cap. Nolo, in fin. 12. q. 1. cap. Quia ingrediens, 19. q. 1. & aucth. Ingressi, c. de sacros. Eccles. ibi, (Nec ergo de his testentur, utpote nec domini rerum.) quam iura, quae dicunt, Quidquid acquirit Monachus ac-



quirit monasterio, ut in præcitat. cap. Abbates, & c. Quia ingrediens, cap. unic. 18. q. 1. & cap. In præsentia, de probat. cum concord.

Quod ad id verum est, ut neque ex permissione, seu indulgentia, vel dispensatione cuiusvis Superioris fas sit Regularibus habere peculium, ut clarè constat ex text. hic in princ. quod non prohibet simpliciter ne regulares habeant peculium, sed ne peculium permittantur habere, ponderando illud verbum permittantur, quod ad Superiores refertur. Ratio est quam adducit text. in d. c. Cum ad monasterium, his verbis. Nec æstimet Abb. quod super habenda proprietate possit cum aliquo Monacho dispensare, quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis adeo est annexa regulæ monachali, ut contra eam nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere. Per quem dicitur. Abb. hic n. 4. dicit nec Abb. imò nec Papam posse dispensare, ut Monachus habeat peculij administrationem ad sibi, sicut & de Monacho Papa possit facere non Monachum, secundum opinionem Vincentij, & Joan. ut per gl. in d. cap. Cum ad monasterium in verb. Abdicatio. Et secundum hoc salvatur ibi dicta per Innocen. Etenim sententia S. Thomæ in 2. 2. q. 88. art. 11. communitè ab Ecclesia non tenetur, ut latè per Joan. Andr. in cap. Semel Deo, de regul. iur. lib. 6. in Mercat. Quibus consequitur, ut nec consuetudo etiam innumerosabilis excuset Monachum à proprietate. nam cum adversetur juri naturali, & divino juxta illud Plalmi. 75. Vovete Domino & reddite; relatam in cap. magna, de voto, non consuetudo, sed corruptela dicenda est, c. Mala, c. Frustra, 2. dist. c. fin. ubi notatur de consuet.

Et si non valet in hoc dispensatio, vel licentia expressa, ut in d. c. Nec æstimet Abb. longè minus debet valere consuetudo, quæ non nititur nisi tacito consensu Principis, l. De quibus, ff. de leg. gloss. & DD. in d. cap. fin. de consuet. Quinimò ex sententia S. Congreg. nec necessitas nisi sit extrema excusat à vitio proprietatis regularem, qui aliquid celat Superiori, aut detinet eo invito. Quærebatur enim an cum necessaria à Superiore etiam requisito ideo denegatur, quia monasterij facultates nõ suppetunt, liceat Regularibus clam, vel eo invito illa sibi comparare, seu retinere; Sacra Congregatio respondit licere, si præcisa necessitas sit ad individui sustentationem; Cæterum comunem penuriam ab omnibus perpetuandam, usq; adeo ut si quid privatim alicui delatum, vel ab ipso partum fuerit, id tunc ad Superiore rectè deferri oporteat, qui ex eo primò succurat ejus necessitati, cuius intuitu illud obvenit, si peculiariter aliqua necessitate ultra communem prematur; reliquam Conveniui incorporetur, & in comunem cedat utilitatem. Quippe præcisa hæc, seu extrema necessitas, cum sit de jure, nulli subest legibus; & ideo excusat à regulæ transgressione etiam FF. Minores S. Francisci, qui arctissimam profitentur paupertatem, ut est text. in c. Exnt, §. Porro, de verb. signific. lib. 6. ibi: (Nec ipsi Fratres jure poli in extremæ necessitatis articulo ad providendum sustentationi naturæ via omnibus extrema necessitate detentis concessa præcluditur, cum ab omni lege extrema necessitas sit exempta.

Regulam ut supra firmatam nu. 10. videlicet nemini regularium licere de jure communi ha-

bere peculium, seu annuos redditus, vel bonorum stabiliium administrationem. Multi ex Doctoribus limitant ut procedat tantum in administrationem peculij libera cum facultate disponendi ad libitum in quoscumque usus, non autem in administrationem quam habent Regulares in usus licitos de Abb. licentia, & moveatur potissimum quinque fundamentis.

Primum fundamentum deducitur à servo, cum servus, & Monachus quoad bonorum acquisitionem æquiparentur; uterque enim est incapax proprietatis, & sicut Monachus acquirit monasterio, ita servus acquirit domino, c. Exnt, §. Ad hæc cum Fratres, de verb. signific. in 6. & notat Innoc. in c. In præsentia, de prob. & in cap. Cum olim, in secundo de privi. & Bart. in l. Si communi servus, de stipulat. servor. Facit text. in l. Placet ff. de acquir. hered. in l. Si adoptivo, ff. de procur. & in l. Arrogato, ff. de adop. Sed servus ex concessione domini potest habere peculij liberam administrationem, l. Quam Tuberonis, ff. de pecul. Ergo & Monachus ex concessione Abbatis. Atque hoc argumento Balu. in l. 1. col. 6. c. de his qua. non. nom. concludit Monachum permisso Superioris committentibus oculis posse habere quasi proprium, sicut servus, quod etiam tenet Jo. Andr. in c. Non est obligatorium, de regul. iur. in 6. Et propterea idem Jo. Andr. in cap. Cum ad monasterium, col. 4. in ver. Proprietate, infra eodem (Nec, inquit, videtur dici proprietatem, quando de quantitate, & qualitate nihil dicitur Abbati, nec sine ipsius conscientia aliquid recipit, vel expendit paratus totum reddere, & dimittere ad jussum Abbatis.) Hæc Jo. Andr. qui tamen subdit, quia res periculosa est, & invidiæ, & exempli maius causa, Hol. consilium Abbati, ut nisi ex magna, & evidenti causa talem licentiam nõ det, & Butr. ibidem in 11.

(De permissione, inquit, Abbatis possunt tenere pecuniam nomine Abbatis, parati tamen resignare quando volit Abbas ut in reg. 38. c. 1. & non debent sine licentia Abbatis expendere. Unde non licet aliquid eis habere quod Abbas non dederit, aut promiserit. Unde nec unam litteram ab extra recipere possunt sine licentia Abbatis; imò nec cappam suam possident.) Hæc Butrius

Et eodem argum. Abbas conf. 88. Videtur, num. 6. vers. Nam & servus, lib. 1. Ex factio respondit Monachos Ecclesiæ Cathaniensis quibus ex antiqua Ecclesiæ ordinatione dabatur pro necessariis quinquaginta scuta, rectè, & sine peccato benè administrando dicta provisionem capere potuisse quamdiu patiebatur Episcopius, qui erat loco Abbatis. Et in alio casu idè Abb. conf. 44. Ad desisionem, n. 4. vers. Et in hac concessione, lib. 2. Amplius Navarr. conf. 14. nu. 13. de stat. Monach. aucter respondit non licere Generali S. Augustini, absq; peccato etiam mortali revocare sine justa causa administrationem bonorum stabiliium, quam concesserat ad vitam cuidam Fratri sui Ordinis, & fas esse eidem Fratri super hoc quærere ad Papæ deferret; quia, inquit, sicut dominus obligari potest servo naturali obligatione descendente à pacto, vel contractu, l. Naturaliter & l. Si id quod, ff. de cond. indebita etiam Prælati potest obligari Monacho ut in præfatis, l. Tradunt scribentes, & Panor. conf. 140. vul. 1. Quinimò Bart. eodem ductus argum. in auth. Exspirat, c. de bon. qua. libe. format hanc qua-

stionem. Pone quod aliquid relinquatur Monacho sub hac conditione, ut non quæratur monasterio; An valeat tale relictum. Et videtur primò quod non, quia continet impossibilitatem, & repugnantiam quandam; nam Monachus non potest habere aliquid, sed totum est monasterii, 12. q. 1. c. Nolo, & c. Non dicatis, & in auth. Ingressi, c. de sacros. Eccl. Unde dicere quod sit Monachi, & non quæratur monasterio, est contradictio quædam in seipso, & quædam perplexitas, quæ habet vitare contractum, & legatum, ut l. Si Titius, ff. de cond. instit. & l. Vbi repugnantia, ff. de reg. iur. In contrarium concludit ibi Bart. dicens, prædicta verba, Cum nihil acquiritur monasterio, Jesse intelligenda respectu utilitatis, non autem respectu juris; & est sensus, ut monasterium illum patiatur habere eo modo, quod potest, scilicet contentibus oculis, sicut diximus in servo, qui potest aliquid habere conniventibus oculis domini, ut l. 4. de manumiss. & sic nihil quæratur monasterio, scilicet factio. Sic ergo sit impropriatio verborum, ut relictum valeat, & Monacho acquiratur libera sine proprietate administratio. Bartholomæus refert, & sequitur Abb. d. conf. 44. nu. 1. lib. 2. & conf. 63. Veritas, n. 7. in fin. eod. lib.

Cæterum hoc argumentum de servo ad Monachum hoc casu non videtur urgere, quia nõ procedit ubi contrarium reperitur in jure expressu, ut declarat Abb. in c. De uxore, de sepult. Quamvis autem servus liberam peculij administrationem possit habere si ei specialiter concedatur à domino, ut legitur in d. l. Cum Tuberonis; certum est tamen Monachum non posse habere administrationem ad libitum suum ex dispensatione Abbatis; imò nec Pape, secundum Abb. hic num. 4. Quinimò nec administrationem dependentem à Superiore, nisi sit officialis temporalis monasterij, ut est text. hic secundum communem intellectum de quo infra, n. 39. & 48. Ad hæc servus ex permissione domini potest habere aliquid proprii d. l. 4. de manum. At cum Monacho non potest Abbas super proprietate dispensare, d. c. Cum ad monasterium, §. Tales, de stat. Monach. Item ut servus nihil sibi acquirat jure civili statutum est in favore domini. Unde potest dominus in hoc favori suo renunciare, d. l. Quam Tuberonis, & ex reg. l. Si quis in conscribendo, c. de pact. nam & possit eum in totum à servitute liberare, l. 1. & toto tit. ff. de manum. cum duob. tit. seqq. At abdicatio proprietatis, ad quam Monachus se alinxit voto solemnè, est de jure naturali divino, c. Magna, de vot. ac propterea Abbas super eo dispensare non potest, d. §. Tales. Sicut nec potest Monachum etiam incorrigibilem à jugo Monastica servitutis absolvere, cap. fin. de reg. ubi Abb. & DD. idem Abb. in cap. Quod ære, de cleric. con-

ing. in 6. Præterea inquiri an monasterium non obstant ea conditione possit auferre Monacho legatario commoditatem, vel usum facti bonorij legatarum; an non possit, si dixeris posse ad libitum revocare; hoc est contra mentem testatoris, qui noluit ut quidquam acquireretur monasterio, saltè de facto, secundum Bartholi interpretatione: Si dixeris non posse auferre; hoc est contra cap. Abbates, 18. quest. 2. & d. cap. Cum ad monasterium, §. Tales, infra, eod. & Clem. 1. vers. Licet Prioris, de suppl. negl. Præl. Quod adeo verum est, ut si Abbas promiserit Monacho suo dare singulis annis certam pensionem; nihilominus possit ejusmodi promissionem revocare, nisi fuerit per Sedem Apostolicam confirmata, ut per Jo. de Imol. Abb. & DD. in c. Nisi essent viri providi, de prob. & per eund. Abb. in d. c. Cum ad monasterium, num. 11. ubi infert, ut (si Abbas concedat Priori obedientiam, seu mandatarium, ut ad vitam teneat Prioratum, seu administrationem sibi concessam; potest nihilominus revocare, quia non potest Abb. sibi imponere legem, nec venire contra dispositionem illius, §. Tales, quia labefactaretur vis voti obedientie, quod est unum de tribus substantialibus regulæ: imò tenet revocatio etiam si Abbas jurasset non revocare, licet incidat in perjurium secundum Jo. Andr. in c. Non est obligatorium, de reg. iur. in 6. ] Hæc Abb. qui addit se ita in questione facti respondisse. Dicendum est igitur eam conditionem tanquam turpem, & impossibilem aut vitare legatum, aut haberi pro non adjecta juxta ea quæ notantur per gloss. & DD. in cap. fin. de cond. appof. quod ultimum tenet idem Bart. in l. Lucius, §. Tres heredes, ff. ad Trebell.

Secundum fundamentum deducitur ex c. Religiosus de testam. in 6. quo textum primò loco mortui Abbas d. conf. 44. Ad desisionem lib. 2. consultit valere relictum factum cuidam regulari distribuendum prout ei videbitur & placebit, quia, inquit bona non fuerunt simpliciter relicta dicto Fratri tanquam proprietario, sed per eum ordinanda, & distribuenda, ut sibi videbitur, & placebit; quo casu valet relictum factum Monacho, cum censetur quoddammodo administrator, & distributor bonorum. Quod ipsum tenuit Bald. in l. fin. num. 9. & seq. c. de action. emp. Sed contrarium verius docuit idem Abbas hic, n. 4. nam text. in d. c. Religiosus, nõ loquitur de administratione bonorum, sed de nudo executore, non enim prohibetur religiosus esse executor ultimæ voluntatis de sui Superioris licentia, ut ibi, & in Clem. Religiosus, de testam. sed non propterea dicitur habere bonorum administrationem, sed nudam ministerium dumtaxat, nec potest sibi aliquid commodi ex eo relicto percipere: nam si perciperet, jam non esset executor, sed legatarius, l. Si quis Titio, ff. de leg. 2. & adnotatur Bald. conf. 482. Quia dictus vocatus, lib. 4. Fed. de Sen. conf. 15. Domine Fr ancise, vers. Secundo queritur in princ. & Ang. conf. 129. Bona dicti Testat. vers. Quia igitur,

Tertium fundamentum desumitur ex c. Infirmante cum ibi notatis per gl. & Innoc. Qui Cler. vel you. quem textum dicit ad hoc irrefragibilem, Navarr. in cap. Non dicatis n. 46. 12. q. 1. & singularem Abb. in d. conf. 44. lib. 2. nu. 3. & 4. Cujus hæc sunt verba. [ Nam Abbas potest Monacho dare licentiam plene administrandi certa bona, ut

in d. c. Religiosus de testam. in 6. quo textum primò loco mortui Abbas d. conf. 44. Ad desisionem lib. 2. consultit valere relictum factum cuidam regulari distribuendum prout ei videbitur & placebit, quia, inquit bona non fuerunt simpliciter relicta dicto Fratri tanquam proprietario, sed per eum ordinanda, & distribuenda, ut sibi videbitur, & placebit; quo casu valet relictum factum Monacho, cum censetur quoddammodo administrator, & distributor bonorum. Quod ipsum tenuit Bald. in l. fin. num. 9. & seq. c. de action. emp. Sed contrarium verius docuit idem Abbas hic, n. 4. nam text. in d. c. Religiosus, nõ loquitur de administratione bonorum, sed de nudo executore, non enim prohibetur religiosus esse executor ultimæ voluntatis de sui Superioris licentia, ut ibi, & in Clem. Religiosus, de testam. sed non propterea dicitur habere bonorum administrationem, sed nudam ministerium dumtaxat, nec potest sibi aliquid commodi ex eo relicto percipere: nam si perciperet, jam non esset executor, sed legatarius, l. Si quis Titio, ff. de leg. 2. & adnotatur Bald. conf. 482. Quia dictus vocatus, lib. 4. Fed. de Sen. conf. 15. Domine Fr ancise, vers. Secundo queritur in princ. & Ang. conf. 129. Bona dicti Testat. vers. Quia igitur,

Tertium fundamentum desumitur ex c. Infirmante cum ibi notatis per gl. & Innoc. Qui Cler. vel you. quem textum dicit ad hoc irrefragibilem, Navarr. in cap. Non dicatis n. 46. 12. q. 1. & singularem Abb. in d. conf. 44. lib. 2. nu. 3. & 4. Cujus hæc sunt verba. [ Nam Abbas potest Monacho dare licentiam plene administrandi certa bona, ut

in d. c. Religiosus de testam. in 6. quo textum primò loco mortui Abbas d. conf. 44. Ad desisionem lib. 2. consultit valere relictum factum cuidam regulari distribuendum prout ei videbitur & placebit, quia, inquit bona non fuerunt simpliciter relicta dicto Fratri tanquam proprietario, sed per eum ordinanda, & distribuenda, ut sibi videbitur, & placebit; quo casu valet relictum factum Monacho, cum censetur quoddammodo administrator, & distributor bonorum. Quod ipsum tenuit Bald. in l. fin. num. 9. & seq. c. de action. emp. Sed contrarium verius docuit idem Abbas hic, n. 4. nam text. in d. c. Religiosus, nõ loquitur de administratione bonorum, sed de nudo executore, non enim prohibetur religiosus esse executor ultimæ voluntatis de sui Superioris licentia, ut ibi, & in Clem. Religiosus, de testam. sed non propterea dicitur habere bonorum administrationem, sed nudam ministerium dumtaxat, nec potest sibi aliquid commodi ex eo relicto percipere: nam si perciperet, jam non esset executor, sed legatarius, l. Si quis Titio, ff. de leg. 2. & adnotatur Bald. conf. 482. Quia dictus vocatus, lib. 4. Fed. de Sen. conf. 15. Domine Fr ancise, vers. Secundo queritur in princ. & Ang. conf. 129. Bona dicti Testat. vers. Quia igitur,



in d. cap. Religiosus, & in d. cap. Cum ad monasterium, & in textu hic; & quod utrobique notatur. Probatur magis specificè, & singulariter in d. cap. Infirmus ante, juncta glos. & in hac concessione non requiritur expressus consensus Superioris, sed sufficit tacitus. Et quia Superior sic eum habere illum administrationem videt, & tacet, ut probatur in servo in l. Quam Taberonis, ff. de pecul. & in d. l. ff. de manum. Satis sentit Bart in d. auth. Excipitur, ubi dixit sufficere quod monasterium patiarum convivatis oculis illum habere meliori modo quo potest. ) Hæc Abb. Et taciturnitatem superioris hoc casu haberi pro consensu videtur etiam sensisse D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 2. ad primum, ubi ait: Monachus si habet dispensationem a Prelato commissam, post cleemofynam facere de rebus monasterij, secundum quod sibi est commissum: Si verò non habet dispensationem, quia nihil proprium habet, tunc non potest facere cleemofynam sine licentia, vel expressè habita, vel probabiliter præsumpta, & sequitur Navarr. in d. cap. Non dicatis, n. 52. post Turrec. ibidem art. 8.

31 Sed certè textus in d. c. Infirmante, nihil facit, quia tantum declarat validam esse professionem, quam fecit quædam mulier in manibus Fratris Ordinis S. Augustini, eo tenore adjecto, ut in domo propria cum omni substantia sua remaneret. Unde ex eo textu solum colligi potest professionem non vitari ex pacto reservationis bonorū; sed an ejusmodi pactum validum sit, vel potius tanquam turpe habeatur pro non adjecto, textus non declarat; & maxima est in hoc opinionum varietas, tam in d. cap. Infirmante, quam in c. fin. de cons. appof. & in auth. Ingressi, c. de Sacros. Eccl. ut per Navarr. in d. c. Non dicatis, n. 46. l. 2. q. 1. Nec urget ponderatio ejusdem Navarr. quod cum dicta mulier permitatur in domo propria permanere, sicut & in c. De Viduis, 27. q. 1. necessariò etiam ei permittatur substantiæ, suæ administratio, sine qua vivere non posset. Respondetur enim nullibi constare de hac permissione remanendi in domo propria, cum prædicta jura hoc nõ dicant, & quatenus constaret, non tamè hinc liceret inferre ut illi permiffa esset administratio substantiæ suæ; quia vitæ necessaria possent ei subministrari à monasterio, vel Ordine, cui bona per professionem sunt acquisita, eaque ratio esset invenienda, per quam illius necessitatibus consultum esset, & religiosa paupertas non violaretur. Et quamvis gl. in ver. Vi in domo propria exponat verba illa, in domo propria cum omni sua substantia, idest cum usufructu substantiæ ante Monachatum, ut de usufructu illarum rerum victum, & vestitum haberet in vita sua; tamen in hoc opinio gl. non potest salvari, quia regularis sicut est incapax proprietatis, ita & usufructus vel usus juris. Clem. Exivit, §. proinde, de verb. signif. & Extravaug. Joan. XXII. Ad condictionem, eod. tit. & clarè deciditur à Conc. Trid. in c. 2. sess. 25. de regul. vers. Nec deinceps etiam ad usufructum, vel usum. Ratio est, quia dominium fructuum, quod habeat usufructuarius, opponitur essentialiter voto paupertatis, ut inferius dicitur num. 42. vers. Ratio diversitatis. Et patet ex dictis supra n. 10. Quod si gl. intelliget usum fructum pro usu facti, ut videtur declarare in fine, seu de usufructu improprie pro usu, & commoditate juxta tex. in l. 1. & ibi gl. in ver. Fructus, ff. ad Tre-

bell. & in cap. Exijt, §. Ad hæc, vers. Quorum usufructum scilicet ordinibus, vel fratribus ipsi licet habere de verb. signif. in c. gloss. rectè loquitur, quia Monachus sicut & servus est capax hujusmodi usus, ut in d. c. Exijt, §. Insuper, & d. Extravaug. ad conditorem. Navarr. in c. Non dicatis, n. 10. l. 2. q. 1. Sed hic usus facti nihil habet commune cum administratione peculij, ut declarat Calder. consil. 2. de regul. vers. Professus possunt. Doctrina autem D. Thomæ nõ obstat, quia in primo membro, dum dicit Monachum habentem dispensationem posse facere cleemofynā, intelligi debet vel de Monacho Officiali, vel de eo qui habet præcisam commissionem ad distribuendum in pauperes juxta text. in c. Religiosus de testam. in c. ut satis inveniunt verba illa: potest cleemofynas facere de rebus monasterij, secundum quod sibi est commissum. Et ita etiam intelligendus est tex. in Clem. 2. §. sed & tales de vir. & honest. Cler. Nam ibi religiosus habens administrationem ideo facit cleemofynam de epithogio, idest, ut illic exponitur tabardo foderato, quia per dictam decretalem ei specialiter committitur, ut illud det pauperibus. In secundo autem membro S. Thomas expressè loquitur de simplici Monacho, qui nullam habet administrationem, & hic potest nihilominus accipere aliquid de rebus monasterij, & in cleemofynam dare de licentia Abbatis expressa, vel probabiliter præsumpta, quod nihil habet commune cum casu nostro. Ad c. De Viduis 27. q. 1. alio modo responderet Host. hic.

Quartum fundamentum sumitur ex c. Cum ad monasterium, §. Tales infra eod. quem text. allegat Abb. in d. cons. 4. 4. num. 4. d. l. 2. Ad probandum posse Abbatem dare licentiam Monacho plene administrandi certa bona. Et in eod. cap. Cum ad monasterium, idem Abb. per illum text. determinat licitum esse constitutionem, vel consuetudinem, qua Religiosus certum quid ænium pro vestitu traditur, quod etiam dixit in aliis locis à Decio relatis in c. Educere, n. 5. de rescriptis. Quod ipsum ante eum sentit Jo. Andr. in c. Non est obligatorium, de reg. iur. in c. ubi ait valere statutum iusta saltem de causa factum, ut monasterium præbeat solum victum Monialibus, & pro vestitu habeant ea, quæ labore manuum suarum lucrantur, & idem Jo. Andr. in d. c. Cum ad monasterium, col. 4. in ver. Dispensare, post Guill. Nas. Doctorem antiquum: [Curia Rom. inquit, scit, & tolerat quod Regularibus taxetur aliquid pro vestimentis, vel datur ad id certæ pensionis. Unde & Regulares Capellani Papæ de servitiis ita recipiunt portionem, sicut alij; testari tamen de his non possent, quasi proprietarij.] Et infra (Et idem de Monialibus, quæ à monasterio habent solum victum, & a parentibus, vel de suo lucro habent indumentalia; aliàs sepelirentur in morte eū eis in sterquilino.) Hæc Jo. Andr. quem totidem verbis sequuntur ibi Butr. n. 2. & Abb. n. 8.

36 Sed certè, nec textus in d. §. Tales, videtur probare id, ad quod eum allegant multi ex Doctoribus, idest licere simplici monacho de Abbat. licentia ad tempus habere peculij administrationem. Verba enim textus sic se habent: c. Tales autem ad agenda officia monasterij deputentur, qui si delicti fuerint, & discesserint. Et in hac prima parte certum est decretalè nõ loqui de simplici Monacho, sed de officiali dumtaxat, Unde Jo. Andr. ibi

col. 3.

col. 3. in ver. Discreti, exemplificat in Cellerario. Deinde immediatè subdit textus: (Nec alicui committatur aliqua obedientia perpetuò possidenda tamquam in sua sibi vita locetur, sed cum oportuerit amoveri, sine contradictione qualibet revocetur.) Et in hac secunda parte decretalis similiter non est intelligenda de simplici Monacho, sed de Officiali, ut Procuratore, Syndico, Cellerario, & similibus, quorum superius immediatè meminerat, prout illum intelligit Butr. num. 11. dum exemplificat in administratore, qui non sibi, sed alius possidet, juxta text. hic, idque satis indicant verba illa, nec alicui, idest alicui ex prædictis, ponderando particulam, Nec, quæ negat, & copulat præcedentia cum suis qualitatibus, 37 l. Quidam, & ibi glos. pen. ff. de virg. & l. Si quis stipularis, ff. de verb. oblig. Bald. cons. 497. Casus ratio est, num. 2. lib. 5. Et de cujus natura est jungere, seu continere, & negare. Angel. Aretin. cons. 89. Pro decisane, num. 7. & Signorol. cons. 2. 58. Factum sic se habet, num. 3. ver. Præterea nec resolvitur, usque in fin. tibi ait, censeri repetita præcedentia in sequentibus per dictionem, Nec, copulatis. Sensus igitur illius decretalis videtur esse hujusmodi, videlicet Procuratores, vel alij officiales pro administratione bonorum monasterij nullatenus constituantur perpetui, ne videantur esse quasi conductores ad vitam, sed sint amovibiles ad nutum Abbatis; hoc enim importat verbum illud, Obedientia, quæ alio nomine hic appellatur injuncta administratione, & Jo. Andr. exponit, Obedientia, idest prioratus, vel certa administratio Ecclesiæ, & Butr. num. 6. pro Prioratu Monachali, ex vi obedientiæ. Unde in huac sensum textus ille concordat cum hoc cap. Quod similiter non habet locum nisi in Monachis officialibus, ut inferius dicitur, Et cum Clem. 1. de suppl. negl. Præl. quæ similiter loquitur in administratoribus officialibus, seu Rectoribus: & in ver. Licet Priores, nihilominus statuit ut administratores hujusmodi liberè possint ad claustrum revocari, ubi glos. in ver. Cum oportuerit, pro concordantia allegat, textus in d. §. Tales, Ad idem text. in c. Per tuas, in fin. de Simon. Præterea d. §. Tales, non probat licere Regularibus habere administrationem ad nutum, nisi à contrario sensu; nam ex eo quod prohibeat administrationem ad vitam, & contrario sensu videtur inferri, ut illam permittat ad tempus. At hoc argumentum desumi non potest ad correctionem hujus textus quod non permittit administrationem ad tempus nisi officialibus monasterij, ut mox dicemus. Ita declarat glos. in c. Significasti, de sor. compet. & Germinian. cap. Cum Episcopus, col. 3. vers. Et ad textum allegatum in contrarium de off. ord. in c. 6.

Ultimum ergo, & præcipuum fundamentum deducitur ex decreto Lateranensis Concilij hic relato circa cujus tamen intellectum non conveniunt 39 ut Doctores in illis verbis: [Qui vero peculium habuerit, nisi ab Abbate fuerit ei pro injuncta administratione permiffum, à communione removeatur altaris.] Quidam enim arbitrati sunt ex 40 permissione Abbatis absolute licere etiam simplici Monacho habere administrationem bonorum stabilium, fundantes se in verbis illis, nisi ab Abbate, &c. Quam opinionem secuti sunt multi ex legittis in auth. Ingressi, c. de Sacros. Eccl. quos tacito nomine refert Jo. Andr. in loco inferius citato.

Prosp. Fagn. in 2. part. 3. Decretal. Tom. 5.

do. Unde Rota divers. decis. 772. n. 2. par. 1. dum decidit Prioratum Religionis S. Spiritus potestè conferri in titulum Fratris prædicti Ordinis, juxta litteras Pauli II. & Sixti IV. (Non enim, inquit, repugnat voto paupertatis habere peculium ex permiffu Superioris, c. 2. ubi Abb. n. 4. de stat. Monach. Sylv. in ver. Religio c. n. 7. vers. Sin autem, quia cum hæc beneficia sint ad nutum amovibilia; is qui ea obtinet est semper paratus dimittere quando superior voluerit, & sic non repugnat voto paupertatis.) Et infra. [Et hinc est quod Regulares possunt disponere de fructibus beneficiorum sacuarium, Jurper Navarr. in c. Non dicatis, n. 42. l. 2. q. 1. Et in Apolog. Mon. 80. n. 4. & 5. post Cardin. in Clem. 2. §. Sed & tales in mot. de vir. & honest. Cler. & in Clem. Gratia, col. penult. ad fin. vers. Quod interrogatum in questione facti, de rescriptis. Hæc tunc verba Decisionis, cum qua videtur consentire decisio prima de pœnis in antiq. & idem in Monialibus repetit decis. 217. n. 32. par. 2. divers.

Nec quoad beneficia, quæ in titulum Regularibus conceduntur, videtur dissentire S. Congregatio Concilij: declaravit enim dignitates, & officia, quæ dantur in titulum, non comprehendi decreto cap. 2. sess. 25. de regul. quem admodum nec olim comprehendebantur in decreto Concilij Lateranensis, de quo hic, ut est text. in Clem. 1. de suppl. negl. Præl. quem ad hoc ponderat Navarr. in cons. 13. quæ situm est, n. 5. de stat. Monach.

42 Sed profectò hic canon longè alium habet sensum, Nam illa verba, (nisi ab Abbate fuerit ei pro injuncta administratione permiffum) hoc tantum important, ut bonorum stabilium administrationem habere possint officiales monasterij ad nutum amovibiles, atque ita explicantur plures Classici DD. verba, (pro injuncta administratione, ) Nam glos. in figuratione casus: (Nota, inquit, concedi peculium ex causa administrationis;) quæ verba glosæ sic explicanda videntur; non enim dicit concedi in administrationem, sed causa administrationis, nempe propter officium administrandi, quia officialis est conventus, seu monasterij, & Innoc. vel cleemofynariis, & eum sequitur Abbas Antiquus in princip. in verb. Administratione, & silius Hostien. dum dicit non comprehendi nisi officiales pro administratione temporalium deputatos. Idem Jo. Andr. in ver. Nisi ab Abbate: dicens, Monachum posse habere administrationem ex concessione Abbatis, si ejus administratio versetur circa temporalia, ut quia sit Eleemofynarius, Cellerarius, vel alius habens simile officium; Secus autem esse si ejus officium versetur tantum circa spiritualia, ut sicut Prior claustralis, Sacrista, vel quis alius audiens confessiones, vel tantum vacans observantia regulari; & sequitur tamen verbis Anchar. num. 2. Butr. id ipsum affirm. vii, in quibus non in utilitatem propriam habentes administrationem, sed monasterij. Et Cardin. in §. Qui vero, n. 1. ubi ait (Nota quod Monachus potest habere peculium ex permiffu Abbatis pro injuncta administratione, ut in textu, Et ex parte, quia Abbas committit sibi administrationem, ex qua regenda peculium habere liceat: aliis enim non posset Abbas dispensare: & potest poni exemplum de administratione, ut quia Eleemofynarius, Vestiarium, vel Cellerarius, vel in alio officio,

P

cio



cio, ex quo habet recipere, & in usus monasterij expendere, sive sit pecunia, sive sit aliud; & tunc potius ipsa administratio habet proprium, quam ipse Monachus: Secus si esset administratio, cuius ratione haberet tantum circa spiritualia intendere, ut Prior claustralis, vel quisvis alius audiens Confessiones: quia tunc non licet ex hac causa habere peculium.) Hæc Card. idem Jo. de Anan, quidquid dicant alii Doctores. Ratio diversitatis inter simplicem Monachum, & officialem temporalem monasterij ea est, quia simplex Monachus habens administrationem bonorum stabilium cum facultate convertendi fructus in usus licitos verè, & in effectu dici potest usufructuarius bonorum: nam cum possit de fructibus dispendere, dicitur habere jus utendi, & fruendi, & sic usufructuarius, l. i. ff. de usufructu. l. i. C. de utrobique glof. i. in lit. eod. tit. in princ. Nec refert quod non possit de illis disponere nisi in honestos usus: nam nec clerici seculares possunt erogare fructus superfluos beneficiorum suorum, nisi in usus pios, ut dicemus infra num. 59. & tamen in vita dicuntur usufructuarij, glof. in cap. Presenti, in ver. Reservari, de off. Ordin. lib. 6. quam à toto mundo allegari dicit Barbof. in cap. fin. de pecul. cler. Et est communis opinio, ut testatur Calder. conf. 264. lib. 2. de reb. Ecclesie non alienan. vel certe Monachus habens administrationem bonorum stabilium cum facultate fructus erogandi in usus licitos dici potest usufructuarius qualificatus ad instar beneficiati seculares, secundum Præpos. in summ. 44. dist. num. 4. vers. Exinde usus, ut etiam dicemus infra prædicto num. 59. vers. Et sciam si vera esset. Et similiter nihil refert quod administratio possit eidem auferri ad nutum Abbatis; siquidem hoc non tollit quod durante administratione habeat jus utendi, & fruendi. Unde propriè dici potest usufructuarius ad beneplacitum, glof. 1. in l. 4. & glof. 1. in l. Vra. ff. de servit. & glof. 1. & 2. in l. Cum usufructuarius, ff. de usufructu legato. Quapropter titulus administrationis nihil est aliud, quam palliamentum quoddam ad coonestandam propriam; verè enim usufructuarius est dominus fructuum, l. Arboribus, ff. de usufruct. glof. in l. Porri, §. penult. in ver. Utendi, ff. Qui potiores in pign. habeantur. Ideoque Monachus est incapax usufructus non locus ac dominij, Clemen. Exivi, §. Proinde, de verb. signif. & dictum est supra, num. 21.

43 At secus est in officiali monasterij, quia is dicitur administrator in utilitate monasterij dumtaxat, nec potest de fructibus disponere, sed omnia acquirit, & lucratur monasterio, quia omnia opera regularis est monasterio debita, cui se cum omnibus suis per professionem tradidit, cap. In presentia, de probat. auth. Ingressi, C. de sacros. Ecclesie Navar. in cap. Non dicatur, non. 40. in fin. & num. 47. vers. 2. Quod proprium secundi generis, 12. quest. 1. Rationem differentie implicite assignat Butr. in d. cap. Cum ad monasterium, num. 11. & Abb. hic num. 4. Itaque Concilium Lateranense I. constituit hic regulam negativam ibi: nec peculium permittantur habere: peculium idest patrimonium, ut ibi per Anchar. & Jo. de Anan. in princ. Deinde imponit penam contrafacientibus in illis verbis: (Qui verò peculium habuerit à communionem removeatur Altaris, & qui in extremis cum peculio inventus fuerit, & dignè non pœnituerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter Fra-

tres accipiat sepulturam.) Tertio limitat supra dictam regulam, ut non procedat in officialibus, per dictionem illam, Nisi, que exceptionem importat, Feder. de Sen. conf. 80. Et aliam tale est, non. 2. vers. Item non obstat: Exceptio autem firmat regulam in contrarium in omnibus alijs, qui non sunt officiales, cap. Nonne de presump. Bald. conf. 131. Ca. sui est talis, vers. Super secundo lib. 1. Ex quibus appareret hunc posterierem intellectum esse magis consonum litteræ ac menti Concilij Lateranensis, & probari etiam à gravioribus Canonistis: & consequenter jure communi inspecto, fas non esse regularibus non officialibus habere peculium, sed annuos proventus, vel administrationem bonorum stabilium etiam ad dispensationem Superiorum, & dependenter ab eorum voluntate, & nutu. Hæc de prima inspectione.

Quoad secundam inspectionem, quia ob varios Doctorem intellectus ad Hæc Decretalem, & ad cap. Cum ad monasterium, infra eod. res dubia videri poterat; Supervenit Concil. Tridentinum quod in d. c. 2. sess. 25. de regul. Has omnes alterationes diremit apertura decisione.

44 Primò enim disponit ut nemini Regularium tam virorum, quam mulierum liceat bona immobilia, vel mobilia cuiuscumque qualitatis fuerint etiam quovis modo ab eis acquisita tamquam propria, aut etiam nomine conventus possidere, vel tenere, sed statim ea Superiori tradantur, convertuntque incorporate. Ponderanda sunt singularia verba, cum nullum sit positum abque monasterio. Et quidem in illis verbis, tamquam propria, Concilium prohibet proprium strictè sumptum respectu dominij juxta text. in cap. Volumus, 18. quest. 4. & notat glof. in l. Interdum, ff. de acquir. poss. in quo concordat cum jure antiquo in d. cap. Non dicatur, & alijs juris relatis supra num. 10. in verbo, autem, possidere, prohibet possessionem, & usum quatenus sunt nomina juris, juxta text. in l. 1. cum ibi notatis per Bar. & DD. & in l. Professio quoque, §. Qui in aliena, ff. de acquir. posses. & in l. 1. nona, ff. de nexal. cap. Ad hæc, & cap. Vt noster, de off. Archid. & notatur per glof. & DD. in cap. Cum nostris, de concess. prab. Denum in ver. Tenere, prohibet nudam detentionem, vel usum facti juxta cap. De his, 30. qu. 1. l. stipulatio ista, §. Hoc quoque, de verb. oblig. Felin. in cap. Causam, col. 5. in fin. de prescript. Tria ergo ibi prohibet Concilium, idest dominium, possessionem, & nudam detentionem bonorum tam mobilium, quam immobilium. Pondera tunc illa verba, aut etiam nomine Conventus, que irrefragabiliter convincunt Regularibus etiam nomine conventus, & sic dependenter à Superiore prohibitam esse non solum proprietatem, & possessionem, vel usum juris, sed etiam nudam detentionem, vel usum facti.

45 Nec alicui absurdum videri debet quod hoc loco derogetur Regularibus usus facti bonorum mobilium contra textum in Clem. Exivi, §. Proinde, de verb. signif. & Extravag. Ad conditorem, eod. tit. & contra naturalem rationem, Calder. conf. 2. de Regul. Siquidem Concilium antequam concedatur Regularibus usus facti bonorum mobilium ad radicandum omnem affectum proprietatis præcipit ut non solum omnia Superiori tradantur, quod etiam statutum fuerat in d. c. Cum ad monasterium, ibi, (totum in contenti resignet) & ibi, [ Sed Abbati, vel Priori, vel Cellarario assignetur ] Sed

Sed etiam ut conventus incorporatentur. Et post hæc incorporationem tantum in fin. et infra cap. 2. jubet ut mobilium usum Superiores permittant, nihilque, quod sit necessarium eis denegetur. Et in hoc Concilium addidit jurantiquo, quatenus 47 hæc incorporationem non requireret. Unde patet non esse amplius locum opinioni Hostien. Jo. Andr. & Butr. in c. Cum ad monasterium, infra eod. & Sylvest. in ver. Religio, §. num. 7. assententium Monachum non esse proprietarium quando de qualitate, & quantitate nil celat Abbati, nec sine ipsius conscientia aliquid recipit, vel expendit, parat totum reddere, & dimittere ad jussum Abbatis. Etenim cum etiam tunc Hostien. & Jo. Andr. hoc periculosum, & scandalosum existimarent; Synodus totorem partem amplexa, non fuit contenta ut regularis nil celaret Abbati, & elset paratus dimittere, sed amplius voluit ut omnia actualiter dimitterentur, traderenturque Superiori, & incorporatentur conventui. Addidit Clem. VIII. ut etiam confunderetur cum reliquis bonis monasterij, quo communis inde victus, & vestitus omnibus suppeditari possit, ut inferius patebit num. 71. Quapropter nec amplius admitti potest doctrina Butr. & aliorum, qui dixerunt legatum factum sub conditione ut nihil quartum monasterio ita esse intelligendum, ut nihil monasterio acquiratur de facto, & quo ad commoditatem, sed permittendum sit ut Monachus habeat liberam legati administrationem, ut dixi sup. 21. Jam enim constat omnia esse actualiter consignanda, & ut supra confundenda pro communibus necessitatibus. Deinde quia aliquibus videti poterat per

48 prædictam Concilij dispositionem non fuisse sublatam administrationem ad nutum Superioris, de qua fit mentio in juris prælegatis, & præcipue hic, & infra in c. Cum ad monasterium, in Clem. 2. §. Sed & tales de vit. & honest. cler. & sæpe alibi. Idcirco Concilium 2. loco disponit, ut infra, videlicet: Nec deinceps liceat Superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere, et ad usum fructum, vel usum, administrationem, aut commendam: administratio autem bonorum monasteriorum, seu conventum ad solos officiales eorumdem ad nutum amovibiles pertineat. Hoc loco Concilium expresse approbat intellectum glof. Innoc. Hostien. Jo. Andr. & aliorum hic secundum quem disponitur, ut administratio bonorum stabilium nulli Regularium permittatur, nisi officialibus monasterij ad nutum amovibilibus, quod perinde est ac si dixisset, [ Nullus Monachorum peculium permittantur habere, nisi fuerit ei pro injuncta administratione permissum. ] que sunt verba Concilij Lateranensis hic; Et studiosè Patres usi sunt verbis illis, Nec deinceps liceat, & que sunt apta importare tam juris novè editionem, quam antiqui declarationem, juxta ea que notantur in c. Cum tu de usur. & in cap. 1. ubi in specie Philipp. Prob. ad Jo. Monach. de prim. lib. 6. ita ut propterea sit sensus: sive ex præscripto favorum Canonum prohibuitum esset Regularibus non officialibus habere administrationem bonorum stabilium, sive id liceret, sive res dubia esset de cætero tamen id non liceat; Atque ita sive Concilium innovaverit, sive declaraverit antiquam prohibitionem, sive novam prohibitionem ediderit: utcumque res se habeat, unum est administrationem hujusmodi non nisi officialibus monasterij

49 esse permissam. Valde autem inepta est illorum interpretatio, qui assentit Concilium hoc loco non prohibere administrationem, quam habent Regulares dependenter à voluntate suorum Superiorum. Siquidem verba Concilij non diriguntur in subditos, sed in Superiores tantum, ibi: (Nec deinceps liceat Superioribus.) Unde cum improbetur administratio illa, quæ conceditur à Superioribus; sequitur evidenter ut propriè improbetur administratio, quam habent Regulares dependenter à voluntate eorumdem Superiorum: nam si Superioribus non licet concedere alicui administrationem stabilium; ergo non pender ab eorum voluntate efficere administrationem licitam, vel illicitam: sicut videmus usum superfluum bonorum mobilium non fieri licitum ex eo quod Regularis dicat: Ego teneo immobilia superflua dependenter à voluntate meorum Superiorum, & ad eorum nutum, quia Superiores non habent super hoc dispensandi facultatem, ut per Calder. conf. 21. vers. Vtra necessitatem, de Regul. Et nuper respondit S. Congregatio Concilij à Generali Ordinis Carmelitarum consultata: censuit enim Regulares præter superfluum, quæ statui pauperibus Regularis conventi, non posse de licentia suorum Superiorum regularium alia bona mobilia superflua, & dependenter à voluntate eorumdem Superiorum, & ad solum usum proprium possidere, seu retinere: quod & multo antea declaraverat; nam cum fuerit dubitatum ad dispensationem inferiorum à Summo Pontifice liceat Regularibus possidere, vel tenere agros, annuos redditus, aliaque bona immobilia, vel mobilia superflua, non obstante decreto 51 cap. 2. sess. 25. de Regul. S. Congregatio censuit non licere. Item consultata an propter talem dispensationem, seu licentiam Superiorum possidentes, vel tenentes immobilia, vel mobilia superflua à culpa, vel à pena excusetur: respondit non excusari neque à culpa, neque à pena ipso facto in 52 currenda. Item an Superioribus assententibus hujusmodi sententia posse concedere, fides adhibenda sit S. Congregatio censuit non esse adhibendam. Præterea Concilium Tridentinum inhærendo Concilio Lateranensi, constituit primò regulam negativam in illis verbis: [ Nec liceat Superiori bona stabilia alicui Regulari concedere in administrationem. ] Deinde à prædicta regula Concilium excipit tantum officiales ad nutum ibi: (administratio autem ad solos officiales ad nutum amovibiles pertineat.) Si autem Concilium in dicta regula negativam non prohibuisset simplici Monacho administrationem ad nutum; regula non differret ab exceptione, quia eodem modo esset permissa administratio ad nutum simplicis Monacho, atque officiali monasterij, quod esset absurdum; tum quia de natura exceptionis est ut sit contra regulam, & tam videtur in casibus exceptis, l. in his, l. Quod verò, & l. in singulari, ff. de legib. l. 1. ubi glof. & DD. ff. de reg. jur. tum quia alias non congrueret illa dictio, autem, quæ est 53 adverbialiter præcedentium, Bald. conf. 416. Super eo quod num. 4. vers. Pro hoc etiam Fortius, lib. 3. & de cujus natura est, ut in casu contrario retineat idem thema præcedens. Unde si dicatur, Scholares legunt, Petrus autem currit, intelligitur de Petro Scholare. Ita Bart. in l. Maritus, §. fin. per glof. ibi, ff. de adult. Alex. conf. 117. V. titulo, num. 17. & 18. vers. Non obstat, lib. 6. & conf. 249.



Prescriptis, n. s. lib. 6. & conf. 9. Arrentis, n. 4. lib. 7. tum denique quia Concilium incongrue dixisset, ad solos officiales, si tam officialibus, quam simplicibus Monachis permisisset administrationem ad nutum Superiorum: nam dictio illa, ad solos, est exclusiva aliorum omnium, qui officiales non sunt. Bald. conf. 331. in quest. qua vertitur, num. 2. lib. 3. & specialis hæc exceptio firmat regulam in contrarium in omnibus aliis casibus non exceptis, *nam quod liquet. §. fin. ff. de pan. leg. cum vulg.* Cum ergo Concilium constituit manifestam differentiam inter hos duos casus, & administrationem permittat solis officialibus ad nutum: hinc necessarium sequitur ut illam prohibeat cæteris omnibus non officialibus etiam ad nutum amovibilibus: facit reg. l. cum preter. ff. de iudic. l. Maritus, C. de procurat. & nonne de præsenti. cum sim. Et confirmatur, quia cum in regula interdicitur administratio cuiuslibet regulari, & mox excipitur sola administratio, quæ conceditur officialibus ad nutum, hoc manifeste innuit huiusmodi administrationem ad nutum etiam in regula fuisse comprehensam, quia alias exceptio non esset de regula, & esset inepia, ut in d. §. fin. & declarat glo. in cap. 1. in ver. vel ex- tra de appellat. lib. 6. Lap. Gemin. & DD. in c. Qui ad agendum, §. de Procurat. eod. lib.

84 Et eodem modo nullatenus congruit alia Navarræ interpretatio, quod Concilium prohibeat tantum administrationem tertie speciei, id est quæ conceditur regulari disponendi pro libito in quocumque usus etiam profanos. Observandum est enim Concilium prohibere concessionem bonorum immobiliu, etiam ad usum fructuum, vel usum, administrationem, aut commendam. Et quidem in verbis, ad usum fructuum, interdixit administrationem illam, de qua Navarræ loquitur.

85 Quisquis enim habet administrationem cum facultate erogandi fructus in quoscunque usus pro libito suæ voluntatis, is proprie dicitur habere usum fructuum, licet revocabiliter ad nutum, cum habeat jus utendi, & fruendi rebus monasterij salva rerum substantia, & tamquam dominus fructuum possit illos vendere, donare, &c. quamvis superior administrationem non revocaverit ad nor. in l. 1. ff. de usufr. cum aliis superius allegatis num. 42. & declarat Sylvest. in ver. Religio, §. num. 7. vers. Secundum si quid à Prælato. Inquiri ergo: Si Concilium, ut putat Navarræ, tantum sustulisset hanc concessionem ad usum fructuum, quid aliud operentur sequentia verba, vel usum, administrationem, aut commendam? Dicendum est igitur Concilium prohibuisse quancumque speciem administrationis, ne alioquin nugatorie, & sine ullo effectu in re gravissima ea verba inculcaverit more Tabellionum in clausulis generalibus, ad c. Si Papa, de privileg. in 6. cum præsertim illa posuerit tamquam diversa, ut constat ex dictionibus dis- junctivis, vel, aut, quæ tam verba, quam sensus dis- jungunt, glo. penult. in l. 4. C. de verbor. obligat.

86 nec alius Navarræ intellectus potest admitti, quod in dict. §. Nec deinceps, non prohibetur admini- stratio, quæ conceditur regularibus ad usus licitos, & ex iusta causa s; siquidem cum Concilium

87 prohibeat generaliter, & indefinite admini- strationem bonorum immobilium, non est privati hominis illam restringere, ac limitare ad eam tantum administrationem, quæ datur in usus illicitos, & ex iniusta causa. Quin potius verbum, ad-

ministrations, indefinite prolatum generaliter, & indefinite est intelligendum, c. Si Romanorum, 19. dist. c. Quia circa, infra de privileg. facit text. in l. De pretio, ff. de Publician. in rem act. & in l. Non distinguemus, ff. de arbit. indefinite enim equipollet universali, d. cap. Quia circa, etiam in odiosis cum sit indefinita legis, ut notat Bart. in l. 1. §. Sed est, ff. nam. 3. ff. de venur. in possess. mittent. cum præsertim indefinita Concilij in d. §. Nec deinceps, sit negati- ve concepta, l. Non est sine libertate, ff. de verbor. signifi- cat. Bald. in Auth. Sed si quis, num. 6. C. de secon. nupt. Cravett. conf. 809. Plura excutienda, n. 4. vers. Quinid potens. Præsertim si Concilium non prohibuisset nisi administrationem, quæ conceditur regularibus ad usus illicitos, & ex causa iniusta, sequeretur ut nulla esset differentia inter simplices Monachos, & officiales. Etenim nec officialibus potest concedi administratio fructuum bonorum monasterij ad usus illicitos, sed in utilitatem monasterij tantum, ut declarant Butr. & Abbas hic. Sed consequens est falsum, quia inter hos Concilium apertam differentiam constituit, & ostensum est supra, n. 32. vers. Præsertim, & n. 33. & antecedens. Ac postremo administratio ad usus illicitos ut ad commensationes, bñtates, & impudicitias, &c. nulli, Ecclesiastico, imò nulli mortali- tum permilla est. Valde autem absurdum est prohibitionem à Concilio editam in specie ad Regu- larium reformationem usque ad eam restringere, ut nihil aliud videatur Regularibus interdixisse, quam quod universis fidelibus etiam laicis reperitur à iure interdictionum. Facit text. in c. Duo sunt genera, 12. q. 1. ubi referuntur verba illa Hieronymi: [Aliud verò genus est Christianorum, ut sunt laici. His licet temporalia possidere, sed non nisi ad usum.] Hæc ibi. Et istalem si vera esse Navarræ interpretatio, sequeretur hoc inconveniens, ut quoad facultatem disponendi de redditibus Ecclesiasticis nulla esset differentia inter Clericos seculares, & regulares. Certum est enim beneficia- tos seculares non posse fructus superfluos benefi- ciorum suorum infundere in usus profanos, sed teneri eos pauperibus erogare sine præcepto iustitiæ secundum opinionem Archiep. in d. num. 44. dist. 24. q. 17. Sive præcepto charitatis juxta sen- tentiam D. Thomæ 2. 2. q. 187. art. 2. eo quod lib. 6. art. 12. quam tunc tenetur Præpositus Summa. 4. 4. dist. 2. num. 2. Covarr. in cap. Cum in officij, de testam. num. 3. & Sarnien. de redit. Ecclesiast. par. 2. c. 2. & par. 4. cap. 1. & 2. Et propterea Præpositus ubi supra num. 4. vers. Exinde usus dicit beneficia obtinentes non esse ex toto usufructuarios, quia non habent liberam facultatem, sicut usufructuarij meri, sed esse usufructuarios qualificados, quia tenentur redditus superfluos distribuere in alimoniam pau- perum, & contrafacientes peccant mortaliter, quod constat ex cap. Clericos, c. Pastor, & c. seq. 1. q. 2. ex c. illi autem, cap. Episcopus, si secundo, & cap. sim.

88 nam. 3. ff. de venur. in possess. mittent. cum præsertim indefinita Concilij in d. §. Nec deinceps, sit negati- ve concepta, l. Non est sine libertate, ff. de verbor. signifi- cat. Bald. in Auth. Sed si quis, num. 6. C. de secon. nupt. Cravett. conf. 809. Plura excutienda, n. 4. vers. Quinid potens. Præsertim si Concilium non prohibuisset nisi administrationem, quæ conceditur regularibus ad usus illicitos, & ex causa iniusta, sequeretur ut nulla esset differentia inter simplices Monachos, & officiales. Etenim nec officialibus potest concedi administratio fructuum bonorum monasterij ad usus illicitos, sed in utilitatem monasterij tantum, ut declarant Butr. & Abbas hic. Sed consequens est falsum, quia inter hos Concilium apertam differentiam constituit, & ostensum est supra, n. 32. vers. Præsertim, & n. 33. & antecedens. Ac postremo administratio ad usus illicitos ut ad commensationes, bñtates, & impudicitias, &c. nulli, Ecclesiastico, imò nulli mortali- tum permilla est. Valde autem absurdum est prohibitionem à Concilio editam in specie ad Regu- larium reformationem usque ad eam restringere, ut nihil aliud videatur Regularibus interdixisse, quam quod universis fidelibus etiam laicis reperitur à iure interdictionum. Facit text. in c. Duo sunt genera, 12. q. 1. ubi referuntur verba illa Hieronymi: [Aliud verò genus est Christianorum, ut sunt laici. His licet temporalia possidere, sed non nisi ad usum.] Hæc ibi. Et istalem si vera esse Navarræ interpretatio, sequeretur hoc inconveniens, ut quoad facultatem disponendi de redditibus Ecclesiasticis nulla esset differentia inter Clericos seculares, & regulares. Certum est enim beneficia- tos seculares non posse fructus superfluos benefi- ciorum suorum infundere in usus profanos, sed teneri eos pauperibus erogare sine præcepto iustitiæ secundum opinionem Archiep. in d. num. 44. dist. 24. q. 17. Sive præcepto charitatis juxta sen- tentiam D. Thomæ 2. 2. q. 187. art. 2. eo quod lib. 6. art. 12. quam tunc tenetur Præpositus Summa. 4. 4. dist. 2. num. 2. Covarr. in cap. Cum in officij, de testam. num. 3. & Sarnien. de redit. Ecclesiast. par. 2. c. 2. & par. 4. cap. 1. & 2. Et propterea Præpositus ubi supra num. 4. vers. Exinde usus dicit beneficia obtinentes non esse ex toto usufructuarios, quia non habent liberam facultatem, sicut usufructuarij meri, sed esse usufructuarios qualificados, quia tenentur redditus superfluos distribuere in alimoniam pau- perum, & contrafacientes peccant mortaliter, quod constat ex cap. Clericos, c. Pastor, & c. seq. 1. q. 2. ex c. illi autem, cap. Episcopus, si secundo, & cap. sim.

89 12. q. 1. Cum concord. Et ex his tollitur etiam ab- solutus intellectus eorum, qui dicunt à Concilio in d. §. Nec deinceps, non prohiberi nisi admini- strationem, vel peculium superfluum. Præsertim quia Concilium, ubi voluit prohibere superflua expressit, ut paulo inferius in eod. cap. 2. §. Mobi- lium vero usum. Ergo eodem modo expressisset in administratione, si superflua tantum prohibere voluisset, l. Pnica, §. Si autem, ad deficientio, C. de Caduc.

Caduc. roll. & cap. Ad audentiam, de Decim. Ad hæc cum in d. §. Mobilitum, expressè prohibeatur usus superfluos bonorum mobilium, frustrato- rium fuisset in præcedenti §. Nec deinceps, prohibere peculium superfluum; quia per prohibitio- nem usus superflui mobilium, quod minus est, multò magis poterat censeri prohibitus usus superfluos peculij, quod magis est, cap. Cum illorum, ibi, [Cum majora intelligantur prohibita quibus verita sunt minorata,] de sent. excomm.

Concludendum est igitur administrationem bonorum stabiliu, seu peculium ex nulla causa, & nullo casu Regularibus esse permissam, officia- libus dumtaxat exceptis. Facit decretum cap. 1. sess. 25. de Regul. quo præcipitur, ut omnes Regulares tam viri, quam mulieres ad regulam, quam professi sunt, præscriptum vitam instituant, & componant, & in primis ad obedientiam, paupertatis, & castita- tis essentiam, necnon ad communem victum, & vestitum pertinentia fideliter observent. Licet hoc quoque decretum Navarræ videatur evterere dum affirmat subditos Regulares non arctari ad illius observantiam, nisi prius monasterium, vel Religio ipsa à Superioribus instituat, ac reformetur. Quod certè in inter littera illius decreti, & mentem Concilij destruit, quod non præci- pit Prælati, & Superioribus tantum, ut reformet, sed Regularibus omnibus, ut ipsimet ad præscri- ptum regulæ vitam instituant.

Hæc omnia multò clariora apparebunt ex dec- larationibus lapsus editis à S. Congregat. Concilij in casibus contingentibus: nam in causa Pa- tris normitana cum quædam Monialis præter dotem monasterio tributam sibi reservasset scuta quin- quaginta annua pro suis necessitatibus, atque indigentis, petit sibi fieri facultatem illa erogandi in usus prædictos: S. Congreg. censuit hanc pecuniam aniam non obstante reservatione jam quæ- sitam esse monasterio; ideoque deferendam esse rectà ad manus Abbatis, quæ primum prospiciat necessitatibus monialis oratricis, & quod reli- quum fuerit, in usus totius monasterij convertat.

Præsertim in causa Neapolitana propositum fuit S. Congregationi dubium, ut infra conceptum. In aliquibus monasteriis nonnulli Moniales census, & annuos quosdam redditus, & proventus, seu fructus percipiunt sub diversis contractuum specie- bus: nam aliquæ in ipsarum persona emerunt cer- tos redditus à personis laicis; aliquæ ab aliis Mo- nialibus, & aliquæ ab ipsis monasteriis; alie verò dederunt pecuniam monasterio, ut ex earum pecuniis fieret emptio nomine monasterij ad ratio- nem septem, vel octo pro centenario, & Abbatis- se dabant ipsi Moniales illos redditus quos ex dictis emptioibus exigebant singulis annis. Ali- que monasteriis, seu eorum superioribus certas pecuniarum summas manualiter pro indigentibus monasterij dederunt pacto injecto, vel etiam ta- cita conventionè adhibita, ut monasterium, seu Abbatissa certos redditus ad rationem tot pro cen- tenario eorum vita durante concedat. Quæritur an Moniales prædicti in huiusmodi casibus incur- rant in penas per Concilium Tridentinum, sess. 25. cap. 2. de regul. in proprietarios inlicitas. Etiam si de licentia Abbatis, & ad Abbatisæ nu- tum, vel conventus, seu monasterij nomine per- cepiant: S. Congregatio censuit in nullo supra- dictorum casuum licere Monialibus dictos fru-

ctus, seu redditus percipere, & si perceperint, inci- dere in penas d. c. 2. sess. 25. de regul. Neque ab hu- jusmodi penas excusari ob licentiam Abbatis, quæ eam dicto Concilij decreto in supradictis casibus concedere quidem prohibetur, sed debet ex suo munere ex monasterij redditibus, vel elemo- synis Monialium necessitatibus in dies subvenire. Ex quibus declarationibus apparet non esse ampli- locum opinioni Jo. Andr. in reg. non est obligatorij Calder. conf. 2. de regul. & Abb. conf. 88. par. 1. existi- mantium licere professo de licentia Superioris Prælati accipere aliquam aialem provisionem à conventu, vel à provincia, puta scutorum decem, ut exemplificat Jo. Andr. vel quinquaginta, ut in- quirit Calder. & Abb. perlovidendam pro vestibus, & aliis personalibus necessitatibus.

Item nec opinioni Navarræ in d. cap. Nullam, num. 25. lib. 2. asserentis licere Canonicis regula- ribus Hispaniarum accipere annuatim à monaste- rij portionem illas, quas vocant privilegiatas: nam quidquid esset de iure communi, jam post Concilium constat non licere Superioribus ejus- modi annuas provisiones cuiquam assignare, aut perolvere, sed debere eos in dies, & pro re nata singulorum necessitatibus prospicere; præsertim verò quia etiam in terminis juris communis contra Navarrum stat auctoritas Innoc. in cap. Dilectus, si primo, in sin. de preb. ibi: Nisi essent regula- res, qui nec proprium possunt habere, 12. q. 1. cap. Non dicitis; & ideo nec portiones distinctas. Et quamvis Innoc. sub dat. Alij contra: hoc tamen non tollit quin prima dicatur sua opinio, ut de- clarat Dec. in cap. de Constit. præp. sin. & Jas. in l. si idem, cum eod. §. fin. num. 3. ff. de iuris d. omn. iudic. Item contra eundem Navarrum est auctoritas Theo- doreti, quem refert, & sequitur Charusianus opus. de conform. Claustr. toto art. 13. 14. & 15. Sed & vir gravissimus Jo. Gerson, in libello edito contra proprietarios in prima parte itidem oppositum do- cuit viginovem argumentis desumptis ex regu- la B. Augustini; & in secunda circiter quindecim desumptis ex sacris litteris, & juris Pontificij decretis, licet non satis constet an hic libellus sit tribuendus Gersoni, ut legitur in illius præfati- one. Ad hæc cum Archiepiscopus Urbini retulisset Sac. Congregationi se non potuisse adducere Moniales cujusdam monasterij ad suscipiendam exactam vitam communem; ideoque illis proposuisse, ut fieret communis arca, cuius clavus penes Abbatissam existeret, & intus eam aptarent tot scriniola, quot essent Moniales, ita ut unaquæque haberet claviculam scrinioli sui, & in eo asser- varet pecuniam ex laborio, vel aliunde partam, quæ in ipsius tantum, & non in alterius necessitates erogari deberet arbitrio Abbatissæ: S. Congregatio hoc temperamentum ludicrum existi- mavit, ac repugnans decreto d. cap. 2. quod jubet, ut omnia Superiori tradantur, Conventuique in- corporentur; ideoque mandavit Archiepiscopo, ut quoad Moniales communem vitam non sus- cepissent, interdiceret illis receptionem puellarum ad habitum, & professionem. Et generaliter tam S. Congregatio Concilij, quam Sac. Congregatio Episcoporum, ac Regularium, hanc receptionem prohibuit in pluribus monasteriis Monialium, in quibus ex relationib. Episcoporum, intellexit commu- nem vitam non servari. Imò cum in specie id prohibuisset in quodam monasterio Lycienfi, &

63 one. Ad hæc cum Archiepiscopus Urbini retulisset Sac. Congregationi se non potuisse adducere Moniales cujusdam monasterij ad suscipiendam exactam vitam communem; ideoque illis proposuisse, ut fieret communis arca, cuius clavus penes Abbatissam existeret, & intus eam aptarent tot scriniola, quot essent Moniales, ita ut unaquæque haberet claviculam scrinioli sui, & in eo asser- varet pecuniam ex laborio, vel aliunde partam, quæ in ipsius tantum, & non in alterius necessitates erogari deberet arbitrio Abbatissæ: S. Congregatio hoc temperamentum ludicrum existi- mavit, ac repugnans decreto d. cap. 2. quod jubet, ut omnia Superiori tradantur, Conventuique in- corporentur; ideoque mandavit Archiepiscopo, ut quoad Moniales communem vitam non sus- cepissent, interdiceret illis receptionem puellarum ad habitum, & professionem. Et generaliter tam S. Congregatio Concilij, quam Sac. Congregatio Episcoporum, ac Regularium, hanc receptionem prohibuit in pluribus monasteriis Monialium, in quibus ex relationib. Episcoporum, intellexit commu- nem vitam non servari. Imò cum in specie id prohibuisset in quodam monasterio Lycienfi, &



puella quæ in eo habitum novitiarum susceperat ante prohibitionem S. Congregationis, iterum, ac tertio petisset se ad professionem admitti offerens se communem vitam exactè observaturam, quin & reditus monasterij pauperis aucturam; S. Congregatio semper abnuvit, periculosum existimans profiteri in monasterio, in quo Moniales o-  
 67 **S**ymnes erant proprietaria. Plures quoque ordinationes ad vitam communem instituendam, conservandamque fecit Congr. Regularium in decretis editis die 2. Julij 1589. pro reformatione Montis-  
 68 **C**ilium civitatis Neapolis, & Salerni. Et quamvis inter cætera fragilitati sexus indulgèdo disposuerit, ut in monasterijs, in quibus in eam usque diem retinebantur provisiones, & non omnia in commune conferrebantur, concederetur licentia accipiendi aliquam subventionem pro religiosis necessitatibus de manibus Depositaria, seu Abbatissæ, atque ad illius nutum, & quæ supersessent Abbatissa erogare teneretur in communes usus monasterij, ac Ordinarij, sive Superiores monasterij quotannis exigent rationem a Depositaria, & Abbatissa de hujusmodi provisionibus, & in eas transgredientes graviter animadvertent: nihilominus postea facta relatione Clementi VIII. die 6. Maji 1600. Sanct. Sua addidit, ut Moniales tenerentur præstationes omnes ipsis assignatas Superioribus fideliter notificare, & consignare in certo libro notandas, & per communes officiales monasterij exigendas, ad hoc ut in usum ipsarum Monialium pro singularum religiosorum necessitatibus de mandato Abbatissæ per ministros publicos, & communes monasterij in totum, vel pro parte, ut opus esset, quotannis erogarentur.  
 67 **A**ccedunt prædictis decreta Clementis VIII. edita ad Regularium reformationem, quæ vel declarando Concilium Trid. vel illi addendo ad firmiorem observantiam, satis clarè sustulerunt corruptelas, & opinionis initio relatas in hæc verba,  
 68 **Q**uod Tridentini Concilij decreta de paupertatis voto custodiendo fidelius observentur, præcipitur ut nullus ex Fratibus etiam si superior sit, bona immobilia, vel mobilia, aut pecuniam, proveniunt, census, elemosinas sive ex concionibus sive ex lectionibus, aut pro Missis tam in propria ecclesia, quam ubique celebrandis, aliove ipsorum justo labore, & causa, & quocunque nomine acquisita, etiam si subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tamquam propria, aut etiam nomine conventus possidere possit; sed ea omnia statim Superiori tradantur, conventuique incorporentur, atque cum cæteris illius bonis, redditibus, pecuniis, ac proventibus confundantur, quod communis inde victus, & vestitus omnibus suppeditari possit. Neque Superioribus quicumque illi sint ullo pacto liceat eisdem Fratibus, aut eorum alicui bona stabilia etiam ad usum fructum, vel usum, administrationem, aut custodiam etiam depositi, aut custodiam nomine concedere. ] Et infra. [ Nulla quorumcumque Superiorum dispensatio, nulla licentia quantum ad bona immobilia, vel mobilia Fratres excusare possit quominus culpæ, & pœnæ ab eisdem Concilij decretis impostæ, & ipso facto incurrendæ obnoxij sint, etiam si Superiores assenserent hujusmodi dispensationes, aut licentias concedere possent quibus in ea re fidem minimè adhiberi volumus. ] Et paulo post. [ Nullus ex Sepe-

rioribus administrationem bonorum, ac aliarum rerum, dispensationemque pecuniarum, & redituum sui conventus etiam nomine conventus per seipsum habere, sive exercere possit: sed universum id onus tribus Fratibus ejusdem conventus à Generali ita demandetur, ut unus rerum, & bonorum, redituumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat: Alter tamquam depositarius pecunias, ac cætera ab illo collecta, & exacta fideliter asservet: Alius de pecuniis, & rebus à depositario acceptis Priori, & Fratibus, ac conventui universo de necessariis, mandante tamen ipso Priore, non secundum proprium affectum, sed juxta Charitatis regulam veluti bonus dispensator provideat; officiorum hujusmodi confusione penitus interdicta. ]

His decretis explicantur singula verba Trid. Concilij cap. 2. sess. 25. de regul. Nam quod Concilium in princ. illius text. generaliter ait: ( Bona immobilia, vel mobilia cujuscumque qualitatis fuerint: Clemens magis specifica expressione adjecit: aut pecuniam, proventus, census, elemosinas, &c. ) Quibus verbis satis clarè improbavit ab usum quarto loco relatum in themat. question. Canonico Regularium, in quibus annuat portiones, seu provisiones assignantur ex bonis monasterij. Item quod Concil. dixit: *quovis modo acquisita*; Clemens explicat, sive ex concionibus, sive ex lectionibus, aut pro Missis celebrandis, aliove ipsorum justo labore, & causa, & quocunque nomine acquisita, etiam si subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint. Quibus verbis similiter damnantur aperte primus, secundus, & tertius abusus in themate relati illorum monasteriorum, in quibus assignantur alicui Regulari annui reditus, sive relicti consanguineis, sive sibi reservati ante professionem, sive empti ex pecuniis ex prædicationibus, vel aliunde quaesitis. Unde etiam patet sublatam esse differentiam, quam nonnulli ex DD. in c. *Cum ad monasterium, infra eod.* constituebant inter bona propria monasterij, & bona quæ Regularis sibi reservat in actu professionis, vel aliunde acquirit. Hæc enim differentia nec jure probatur, cum omnia illico monasterio acquirantur; adeo ut nec momento temporis possint penes Monachum consistere, ut scripsit Abb. *hic n. 8.* & declaravit S. Congregatio Concilii in prædicta causa Panormitana. Item quod Concilium præcipit: Sed statim ea Superiori tradantur, conventuique incorporentur: Clemens declarando de qua incorporatione ea verba sint intelligenda explicat: Atque cum cæteris illius bonis, redditibus, pecuniis, & proventibus confundantur, quo communis inde victus, & vestitus omnibus suppeditari possit. Et tamen ut Regulares omnem affectum proprietatis deponerent, voluit ut omnia ita confunderentur, ut ab eis discerni, ac separari amplius non possent. Ex qua quidem confusione eodem modo improbantur abusus omnes initio propositi: jam enim constat nemini Regularium assignari posse annuat portiones, seu reditus annuos; cum omnia ita confundi debeant, ut vitæ necessaria communiter omnibus inde ministrari valeant. Atque ita cessant opiniones Doctorum, qui in cap. *Edoceri, de restruct.* per illam textum scripserunt posse Abbatem cum consensu Capituli dividere reditus monasterij, & ordinare, ut singulis Monachis detur certa quantitas

titas pecuniæ pro vestimentis, & aliis eorum necessitatibus, ut ibi per Decium *m. 17.* & in decisione bonorum monasterij de Roncivalle latissime  
 72 **P**er Navar. in d. *ad nullam, à m. 8. 18. qu. 2.* Item dum Concilium disponit, ut nemini Regularium liceat bona immobilia, vel mobilia tanquam propria, aut etiam nomine conventus possidere, vel tenere, ne quisquam arbitrari possit ea verba esse intelligenda de bonis, quæ Regularis tenet sine licentia Superioris: Clemens hanc difficultatem sustulit dicens: ( Nulla quorumcumque Superiorum dispensatio, nulla licentia quantum ad bona immobilia, vel mobilia Fratres excusare possit, quominus culpæ, & pœnæ ab eisdem Concilij decretis impostæ, & ipso facto incurrendæ obnoxij sint, etiam si Superiores assenserent se illas concedere posse. ) Et his verbis similiter improbantur opiniones illorum, qui assentunt Regulares excusari à proprietate, cum habent peculium de licentia Superioris, & dependenter ab eorum voluntate, & nutu: jam enim patet non pendere à voluntate, & dispensatione Superiorum, quin omnia sint confundenda cum cæteris bonis monasterij  
 73 **P**ro communibus necessitatibus. Rursus ubi Concilium d. c. 2. in §. *Nec deinceps*, dixit: etiam ad usum fructum, vel usum, administrationem, aut commendam; Clemens addidit: ( etiam depositi, aut custodiæ nomine: ] ut intelligatur etiam administrationem illam, quæ datur concedentis gratia, seu in utilitatem monasterij, esse prohibitam Regularibus non officialibus: ex natura enim depositi est, ut fiat gratia concedentis tantum, ut notant Bart. & DD. in l. *Quod Nervæ, ff. Depositi*. Ad hæc quod ibidem simpliciter ait Concilium: ( Nec liceat Superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere: ) Clemens, ut omnes omnino comprehendat expressus inquit: [ Nec Superioribus, quicumque illi sint, ullo pacto liceat eisdem  
 74 **F**ratribus, vel eorum alicui. ] Ac demum quod ait Concilium: [ Administratio autem bonorum ad solos officiales pertineat: ] Clemens in §. *Nullus*, declarat nomine officialium non intelligi Superiores locorum, sed tres ministros dumtaxat, nempe Exactorem, Depositarium, & Dispensatorem. Quo loco Clemens expressè approbat opinionem Hostien. Jo. Andri. & aliorum *hic*, qui dixerunt administrationem bonorum monasterij posse demandari officialibus temporalibus tantum, puta Elemosynario, Cellerario, & aliis hujusmodi, non autem illis, quorum officium versatur circa spiritualia, puta Priori Claustrali, vel Sacristæ, ut dixi supra *num. 42.* Unde etiam sublatam est dispositio, C. *Edoceri, de restruct.* & aliorum juris, quatenus disponebant, ut administratio bonorum monasterij ad Abbatem pertineret, ut ibi per Decium *m. 17.* & per Navar. in d. cap. *Nullam, à num. 8. 18. qu. 2.*  
 75 **N**eque verò hoc casu, quod non nunquam temerè fieri solet, obijci potest quod decreta Clementis non sint in usu; siquidem omnino cessat hoc subterfugium, cum decreta ipsa fuerint postea innovata à Paulo V. item à Greg. XV. in decretis de apost. & eisdem, & nuper à sanctis, D. N. Urbano VIII. in decretis de celebr. Missar. explorati enim contra decreta Apostolica non usum minimè suffragari nisi sit temporis annorum quadraginta cum licentia, & patientia Papæ, ut notat Præpositus in §. *Leges, num. 3. 4. dist. & sæpius resolvit*

Rota, ut patet *decis. 197. num. 3. & 4. & decis. 213. num. 2. & decis. 221. num. 4. part. 1. & decis. 387. num. 6. part. 3. recen.* Et adde quod scripsi in cap. 1. à *num. 47. usque in fin. de veng. & pace.*

Concludendum est igitur nemini prorsus Regularium tam virorum, quam mulierum cujuscumque qualitatis, & conditionis existat, nisi sit officialis, fas esse etiam nomine conventus habere annuos reditus, seu provisiones annuas, vel bonorum stabiliam administrationem, aut peculium, etiam si illud non sit superfluum, sed ad necessarios, honestos, & pios usus à Superiore ex quacunque causa concessum, & dependenter ab ejus voluntate, & nutu: nec quemquam excusari à lethali culpa, & pœnâ proprietarij inflicta ex quavis consuetudine monasterij, vel religionis, aut ex varietate, seu probabilitate opinionum, aut alio quovis prætextu, vel causa. Et religiosi tam Prælati, quam subditi cavendum esse ab hujusmodi palliamentis, quia Deus non irridetur. Ad Galat. c. 6. cap. *Erubescant, 32. dist. c. Humane, 22. q. 5. cap. Tua nos, de simon. & cap. In civitate, de usur.* Et eo magis quia S. Congregatio consulta an liceat Regularibus interpretari decretum c. 2. sess. 25. de Regul. respondit non licere.

Ad dubium ut supra conceptum *num. 1.* Sacra Congregatio respondit negativè, videlicet in nullo ex supra scriptis casibus licere Regularibus utriusque sexus habere prædictos annuos reditus, seu provisiones annuas, vel bonorum stabiliam administrationem, seu peculium non superfluum nomine conventus, ac de suorum Superiorum licentia, & dependenter ab eorum voluntate, ac nutu: alioquin non esse immunes à culpa, & pœnâ, de qua in d. c. 2. sess. 25. de Regular.

## De Statu Monachorum.

## Cap. Recoletes.

## S V M M A R I V M.

- 1 **O**mnis religio aggregata Cisterciensibus eorum mores servare tenetur.
- 2 **M**onachi Cistercienses tenentur regulam observare secundum originalia instituta à  
 & *num. 8.*
- 3 **C**onsilio, & verbis horatorij parendum est si materia sit de præcepto.
- 4 **R**egulares utriusque sexus tenentur ad observantiam regulæ secundum primam institutionem circumscriptis privilegijs Apostolicis, & n. 8.
- 5 **P**relati regulares possunt inducere reformationem iuxta ipsorum instituta, si eorum monasteria sint relaxata, & regula collapsa, & ad illam omnes obligare, & *num. seqq.*
- 6 **R**egulares profitentur regulam, non consuetudinem.
- 7 **P**apa potest religiosi etiam strictiorem vitam indicare, quam eorum regula exigit.
- 8 **I**tem potest primam vim rigorem regulæ mitigare.
- 9 **R**egulares in substantialibus regulæ consentunt se conformare cum originalibus institutis, licet religio ipsa à Superioribus non reformetur.
- 10 **E**t quæ sint substantialia regula.